scripturarum muta est & silens. & au
res non ponit ad audiendum.
Audite hoc qui conteritis pauperem.
& deficere facitis aegenum terrae;
Ne frustra uideatur uncinus pomo
rum. & uas aucupis. ēē monstratum.
& per haec uncina in minere captiui
tas. causae offensae dī breuiter discri
buntur; O tu iuda & tu israhel. Audite
quae scelera feceritis de nocte surgen
tes pro oratione & hymnis in dm̄. Studi
um habetis opprimendi siue conterendi
pauperes. ut famę & aegestate. Confestim
auferuntur de terra. Qui expectatis ca
lendas ut negotiemini & usuras augea
tis usuris. & sabbata ut aperiatis horrea.
Detisque frumenta amplius recepturi.
& dī solempnitates turpis lucri gra
tia in ūra conpendia uertitis; Qui mi
norem inuendendis mercibus men
suram facitis. & maiora pondera in ac
cipiendis. statera inque iniquam
ut possideatis pecuniam pauperis.
& tam uiles habeatis homines ut im
pleatis illud quod supra de uobis dixerā.
Pro eo quod uendidistis argento iustum.
& pauperem pro calciamentis. & in tantā
lucri rabiem prosilistis. ut non frumen
ta. Quorum esu hominum corpora susten
tantur. sed quisquilias & purgamenta
frumenti uendatis pauperibus. Pulue
rem & paleas trico commiscentes; Quod qui
dem & per uersos doctores ac principes
qui absque timore dī dominantur cleris.
De quibus hieremias loquitur. Clerico
rum non proderunt eis. Nonnunquam fa
cere cernimus. qui putant esse questum
pietatem & sedentes in templo nummula
rii proponunt columbas. Non in caueis sed
in cathedris quasi magistri spūs scī donauen
dentes. Qui faciunt mensurā minorem
atque maiorem ut pauperibus uel parū
uel nihili. Diuitibus autem & his de quibus
sectantur lucra immodū concionatorem
loquantur sermone longissimo. & propter
pecuniam conterant capita pauperū atque
conculcent. & non frumentum dn̄i quod con
firmat cor hominis. Sed quisquilias. & uilis
simum puluerē auidis faucibus ingerant.
& iam haec quae nullius sunt praeuiuen
dicantes. Cum dn̄s apostolis praeceperit
gratis accepistis gratis date.
Iurauit dn̄s in superbia iacob. si oblitus fu
erousque ad finem omnia opera eorum;
Iurantem dn̄m saepius scriptura discri
bit. commemorat. Primum in genesi uoca
uit angelus dn̄i abraham secundo de caelo
dicens; Per me m & ipsum iurauidicit dn̄s.
& in .c. viiii. psalmo. Iurauit dn̄s & non pe
nitebit eum; Quod quicumque est ille. Qui
ad hebreos scribit epistulam disserens. ait.
Quō neminem habuit per quem iurar & maiorē

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0198